

IN GAL

LVM NVPER PROFLIGA=
tum atq; captū uincente ac Tri=
umphante CAROLO

Cæsare. V.

P. P. P.

IOANNIS Alexandri Brassicani
Iureconsulti, ἐπιπίκιου.

EIVSDEM Epigrammata ad Sereniss.
Principis FERDINANDI Con=
siliarios, Austriæ ac reliquis
prouintijs Præse=
ctos.


Joami agricole tuo Amico sua iussu
Brassicani f. d. d.



CH. VELIO VRSINO SVO
IOANN. ALEXAND.
BRASSICANVS.

ad Vrsini

Ipse equidem fateor non ficta fronte, Poëtam
Esse oneris nomen, nomen honoris item
Non temere ergo aliquid scribendum, at publica cogit
Gaudia, & immense symbola letitiæ, *Quis nam?*
Parce igitur nobis Veli doctissime, nam te
Mæonio Phœbus plenus amne rigat.
Qua uehimur Cymba, radit nisi littora, at ipse
Plena audes tumulo credere uela salo.
Recte igitur dicet, quicumq; erit (audeat ergo
Quod uerum est nunc dicere iudicio.)
Thersiten Veli sese esse in carmine malle
Siue etiam muscæ nomina habere leuis.
Quam se ipsum faciat quoq; Brassica carmine achillem
Ingenue Vrsino cedo subinde meo. *sep. 9. 1764*



MAGNIFICO VIRO D. MARCO BOECK
à Leopoldsdorff, Serenis. Principis AVSTRIÆ
Dni FERDINANDI Consiliario
fidelis. Domino ac patrono
suo incomparabili.

IOANNES ALEXANDER
Brassicanus Iurconsultus.



OCVS est, idemq; elegans, ornatis
Marce, Stratonici Citharædi mire fe-
stini, qui cum in Syçiône publico cer-
tamine, atq; adeo communi omnium
consensu uictoriam esset adeptus, fer-
tur hoc quasi epigramma in monimēti specimen publi-
ce proposuisse στρατονικός ἀπὸ τῶν κακῶν κίθα-
ριζόπτων hoc est Stratonicus à male citharisantibus,
non contentus ille uicisse, nisi & deuictos iam ignomi-
nia notaret. Atq; hoc fere nobis usu uenit, qui CARO
LO Cæsari. V. uictoriam à Gallis admirabili cum lau-
de nec minore diuine beneficentiæ gratia partam gra-
tulamur. Siquidem quod isthic gladio confectum est,
nos calamo tandem illustramus, qui si uidebitur esse nō-
nunq; amarior, quo nomine & ipsa ueritas male audit
apud maleuolos quosdā κὶ τριβόλας ἀμθρωπίσκας

A ij

non desunt tamen interea quibus cum me facile sinul
 ac fortiter tueri possim. Neq; uero fieri potest, ut
 ignores hoc quod apud Sophoclem Vlyssi Pallas
 inelamat οὐκ ἔν γέλωσ ἡ δ' ἰσοσ εἰς ἐχθροῦσ
 γελᾷ. Bene uale, Suauiss. patrone,
 & me quod facis ama, q; te
 reuerenter obseruas
 re nunq̄ de
 sinam.

VIENNAE AVSTRIAE. ANNO
 à nato Christo. M. D. XXV.
 Mensis Martij, Die
 VII.

DEO GLORIA, Germania pax, Diuis CAROLO
 ac FERDINANDO, cum perpetua
 securitate Victoria.

IN GAL

LVM NVPER PROFLIGATVM AT
 q; captum, Vincente ac Triumphante
 CAROLO Cesare .V. Regum
 omnium Augustiss. ac
 P. P. P.

IOANNIS ALEXANDRI BRASSICANI
 Iureconsulti. Epinicion.

T Andem agnosce tuos Germania queso trüüphos
 Dotibus quæta nouis.
 Ipsa salus te seruat, & ornat honore perenni
 Laurea ferta ferens.
 Elige nunc quancunq; uelis deferre coronam
 Te nisi digna precor.
 Iure tibi laurus titulis debetur inemptis
 Præbet Apollo suam.
 Sola etenim poteris solidas modo uendere laudes
 Quas nisi uictus emit.
 Accipe laurum igitur, tranquilla insignia pacis
 Nec facit illa satis.
 Ciuica seu placeat tibi seu muralis, habeto.
 Digna trophæa petunt.
 Ecce oleæ ramos tibi pallas amica ministrat
 Singula prompta uides.

Quicquid id est, te dignum erit ² Germania, magnis
 Vndiq; clara uiris.
 Tantum accepta feras magno tanta omnia CARLO
 Certe erit unus honor
 Certe erit unus honor, Germano & milite Ibero
 Hoc peperisse decus.
 Ergo age perpetuo Germania iunge fauore
 Laude pari meritos.
 Gallica Io cecidit prostrata superbia, & isthæc
 Nobilis impietas.
 Qua passim Austriacas Aquilas laesere, relicto
 Iure pudore, metu.
 Immo Deo, nanq; hoc FRIDERICO iniuria Galli
 Marte parata docet.
 Huic itidem gemma hæc Diuini MAXIMILIANI
 Filia testis erit.
 Multa dolor meminisse uetat, tum publica summa
 Gaudia letitie.
 Hunc mihi ubiq; diem ter candidus unio signet
 Stella sit atra procul.
 Solemni hanc palmam uictrix Germania cultu
 Sydera ad alta uehat.
 Quinetiam diuum supplex procedat ad aras
 Numina dextra rogans.
 Πάμπλα δὲ δ' ὄσγα θεῶν ἐπ' ἤθερασι summus HOMERUS
 Rite iacere canit.

EIVSDEM EPIGRAMMA.

Iusto odio, atq; aded belli iure undiq; iusto
 Sacra Aquila in Gallum sumpserat arma leuena.
 Ευδὸς ἐπὶ ὀλιγοῦ, certate ait, omnia rursum
 Et prosum incertis uertite prestij.
 Ergo uocat uario natum de semine Gallus
 Fodere qui perimat pristina iura nouo.
 Hunc proram & puppim, bigas uocat atq; quadrigas
 Nimirum uanis deditus auspitij.
 Verum isthæc summo dum contemplatur Olympo
 Iuppiter, igniculos Martis utrinq; uidens.
 Vince & uiue inq; (nostru est nanq; ἐνδ' ἡμῶν ὄμμα.)
 Nostra Aquila, atq; hostem frange subinde tuum.
 Mox Aquila in timidum pleno ruit agmine Gallum
 Illius & multo fundit honore gregem.
 Immo ipsum Gallum in caueam trahit undiq; mutum
 Qui dudum externo stercore letus erat.
 Galle quid hoc, certe exemplum est memorabile, & unū
 Candida posteritas quod meminisse uelit.
 Ira quidem superum tarda est, uerum horrida, quādo
 Serior, & gemino fanore lenta uenit.

EIVSDEM EPIGRAMMA.

Cristam alacrem dum tollit, & ungubus occupat atria
 Quæ fuerant sacrae regna parata Aquilæ

Maiores nido dum passim exporrigit alas
 Quando omnes fastu uincere querit aues.
 Dum canit ante diem non fausta encomia Gallus
 Vltricem subito sensit adesse deam.
 Illa aquilæ u. et uinctum Gallum obtulit hostem
 Iudicio expendens facta superba graui.
 Quicquid agas NEMESIS tum frenum et brachia uolue
 Illa etenim monstrat μηδ' ἐπ' ὀπίρ το μέτρον.

AD SERE

NISS. ARCHIDVCIS AVSTRIAE, DIVI
 FERDINANDI Consiliarios, Austria ac re-
 liquis prouintijs Praefectos, Dominos suos
 undecunq; uenerandos. IOANNIS
 Alexandri Brasiciani Iurecon-
 sulti, EPIgrammata.

DO. LEONARDO EX Hara-
 rach Locum tenenti.

Non unum optabat sibi Nestora Homericus heros
 Nimirum expendens pondera consilij.
 Verum uno noster tantum te nestore Princeps
 Efficit, innumero quantum alij numero.

DO. IOANNI ex Schoeffenberg.

Pallada dat comitem diuinus Homerus Vlyssæ
 Quo tandem euadat dura pericla scopo.
 Ipsa tibi pallas ratio est, qua Principe dignum
 Te in magnis praestas rebus ubiq; uirum.

DO. Vuilielmo à Zeltling.

Te quondam esse suum asseruit saturnia, contra
 Te charitum uoluit quælibet esse suum.
 Stemmata Iuno illum sumat sibi Iuppiter inquit
 Si expendas mores ἐσι χάρις χάριτων.

DO. IOANNI ex Lamberg.

Delphicus ille olim consultus Apollo, probaret
 Quæ tandem è multis stemmata imaginibus
 Illa ait, ostendens Lambergum, insignia, laude
 Digna puto, ex atavis moribus atq; bonis.

DO. Philippo ex Vuichsenstain.

Iustitie firmam uoluit dum Iuppiter arcem
 Condere, quæq; hostes pelleret inde dolos.
 Illa ait hic lapis est prædignus mole, Philippum
 Moxq; æqui obstruxit mœnibus atq; boni.

DO. Sigismundo ab Herberstein.

Tytidem socium coniungit Homerus Vlyssi
Nempe manum menti, nempe animum gladio.
Aurea nobilitas nitidum tibi porrigit enseni
Doctrina at certam monstrat ubiq; uiam.

DO. Marco Treuczsauruem.

Candida dexteritas tum sana modestia, Marce
Sic in te, multo munere, bella serunt.
Vt plane dubitem, quo te ornem nomine, Homerus
Certe tui similes aequat ubiq; Deo.

DO. ERasmo à Doroberg.

Dextera cuncta mihi nomen promittit ERasmi
Nullum orbi hoc passim fertur amabilius:
Ergo etiam uere tibi competit, omnia nanq;
Conciliis solido pectora amore tibi.

D. IOanni Kaufman.

Non citharae harmonia sibi tam conspirat amice
Quam probitas docto conuenit ingenio.
Ista in te passim summo miramur honore
Atq; utinam talis quilibet esse uelit.

D. GEorgio Mandl.

Ipsam etiam te audisse Iouem credo undiq; quando
Minoem in sanctis legibus erudit.
Iuris ita abstrusi quoq; Gordia uincula soluis
È multis summo dignus ubiq; loco.

D. GEorgio Pesserer.

Ne te praeteream Phoebus mihi uellicat aurem
Inijcit & niucam Calliopea manum.
Quantq; etiam sponte currenti, age plurima habeto
Sæpe tuam extollit Principis arca fidem.

D. Marco Boeck à Leopoldsdorff.

Leucothea erranti uelum subiecit Vlyssi
Quo tandem patrios posset adire focos
Egregie doctum Princeps te maximus, aura
Perfacili in magnas Marce reponet opes.

Omnibus Consiliarijs.

Marmoreos nunc uos pro tempore fecimus omnes
Qui si aequo legis carmina inepta animo
Mox etiam auratos statuam per templa Mineruæ
Nempe in doctorum candida corda hominum.

Vicennæ Ioann. Singrenius excudebat.